

# BVLLA

Continens materiam Pragmaticæ / Reformationis  
Curie Romani. Officialium / Designationis Lega-  
torum, pro Vniuersali Pace inter Christianos  
Principes cõponenda / ac Indictionis Octa-  
ue Sessionis / publice lecta Die. XVII.  
Iunii. M. d. xiii. in Septima Sessione  
sacri Laterani. Cõsili, per R. p. d.  
Ponpeũ de Colũna / Ep̃m Rea-  
tinũ, & per Patres Concilii  
approbata.



# BVLLA

Continens materiam Pragmaticæ / Reformationis  
Curie Romane Officialium / Designationis Lega-  
torum, pro Vniuersali Pace inter Christianos  
Principes componenda / ac Indictionis Octa-  
ue Sessionis / publice lecta Die XVII.  
Iunii M. d. xiii. in Septima Sessione  
sacri Lateranensis Concilii, per R. p. d.  
Ponpeum de Coluna / Episcopum Rea-  
tinum, & per Patres Concilii  
approbata.



**LEO** Episcopus seruus seruorum dei/Ad  
perpetuā rei memoriā/Sacro approbante Concilio.  
¶ Meditatio cordis nostri assidua/Sacri Lateranen.  
Concilio uigilans & intendens/ad ea potissimum uer  
titur/per que per predecessores nros Roman. Ponti  
fices pro tuitione Ecclesiastice libertatis/ deformato  
rumq; / presertim in Officiis Apostolice Sedis refor  
matione/ac Christifideliū pace & tranquillitate pro  
uide statui & ordinari incepta per nostre prouisionis  
ministeriū / debitum & salubrem sortiantur effectū.  
Dudū felicis recordationis Iulius Papa. II. predeces  
sor noster/ negotiū & discussionem declarationis nul  
litas & abrogationis asserite Sanctionis Pragmati  
ce in partibus Gallicanis cōtra libertatem prefatam  
in dicte Sedis uilipendiū abusu Gallicorū Prelatorū/  
& Nobiliū/ & aliorū Laicorū eis fauentiū introducte/  
Venerabiliū fratrum nostrorū/ tunc suorum/ Sancte  
Roman. Ecclesie Cardinaliū/ & aliorū Prelatorū con  
gregationibus/ relationemq; discussorū sibi & Conci  
lio prefato faciendam/ dicto Concilio approbante cō  
misit/ Gallicosq; Prelatos/ Capitula Ecclesiarū & Mo  
nasteriorū/ Parlamenta/ & Laicos illis fauentes/ & di  
cta Sanctione abutentes / Omnesq; & singulos alios  
in premissis sua cōmuniter uel diuisim interesse pu  
tantes moneri & citari infra certum cōpetentem ter  
minū prefigendum/ad comparendum coram prede  
cessore & Concilio prefatis / Causasq; dicendū quare  
Sanctio prefata/ illiusq; corruptela/ & abusio in con

cernentibus auctoritatem dicte Ecclesie/Sacroꝝ Ca-  
nonũ/& libertatis prefate uiolationem/nulla & inua-  
lida declarari & abrogari non deberet statuit & ordi-  
navit. Necnon litteras suas/ per quas Romã. Curie  
Officiales/& illorum exactiões generaliter reforma-  
uerat/per nõnullos deputatos & deputandos particu-  
lariter declarari/ & declarationes ipsas sibi in eodem  
Concilio referri precepit/ prout in litteris seu cedulis  
dicti Iulii predecessoris desup confectis plenius con-  
tinetur. Cum autem dicto Iulio predecessore in hu-  
manis agente / diuersis impedimentis causantibus /  
Citatio exequi & reproduci/ ac negotium abrogatio-  
nis discuti/ ac reformatio hmõi particulariter/ ut in-  
tentionis ipsius Iulii predecessoris fuerat/ fieri nõ po-  
tuerint / sed ipso Iulio predecessore rebus humanis  
exempto / Citatio ipsa legitime executã / in proxima  
precedenti Sessione per procuratorem Fiscalem no-  
strum reproductã/ ipsorumq; citatoꝝ non comparen-  
tium cõtumacia accusata/ & ad ulteriora procedi pe-  
titum fuerit. Nos licet totis animi desideriis nil ma-  
gis affectãtes/ q̄ premissas & alias causas utiles & ne-  
cessarias/ propter quas dictum Conciliũ indictũ ex-  
titit/ ad debitum finem perducere/ tamen ut mature  
& humaniter procederetur/ petitioni prefate respon-  
sionem nõ dedimus/nuncq; etiam cum prefato Con-  
cilio intelligentes/ per citatos & monitos hmõi diuer-  
sa impedimẽta allegari/ quare in termino eis prefixo  
comparere / defensionesq; eorum allegare/ & de eorũ  
iure docere non potuerunt/ut omnis iuste excusatio

nis & querele materia eis auferatur/ iam libero saluo  
conductu ipsis & aliis ad Concilium huiusmodi ue-  
nire uolentibus/ in dicta proxima precedenti Sessione  
concesso/ Cardinaliũ/ aliorumq; Prelatoꝝ/ qui pre-  
missa / & alias Conciliares materias audiant / discu-  
tiant/auditaq; & discussa in eodem Concilio referant  
particulari deputatione per nos factã/ etiam ut maio-  
rem nostram/ & Concilii prefati erga eos benignita-  
tem sentiant/eodem sacro Concilio approbante/ Ter-  
minũ Citationis & monitionis hmõi prefixum/ usq;  
ad primã Sessionem post Kal. Nouembris proxime  
uenturi tenendam prorogauimus / ipsumq; Termi-  
nũ illis non currere / nisi post primã Sessionem pre-  
dictam tenendam / nec in aliquo preiudicare decer-  
nimus. ¶ Et insuper cum ultra Cardinales iam depu-  
tatos nonnullos Prelatos per dictum Concilium ele-  
ctos/additis aliquibus ex legitimis causis/ qui refor-  
mationi predictẽ generali intendere debeant/deputa-  
uerimus/sitq; nostra firma intentio & dispositio Vni-  
uersalem reformationem tanq̄ utilem & necessariam  
ad dominici Agri purgationem & culturam omnino  
prosequi & perficere/ domino disponente : Sed quia  
graues querele indies contra Officialiũ Ro. Cu. abu-  
sum & extorsiones ad nos deferuntur ex diuersis Or-  
bis partibus/dictaq; Reformatio iam cepta tempore  
fere. Iulii. II. p̄dicti predecessoris nostri fuerit/Sacro  
approbante Concilio/ ideo ad hoc ut illa citius termi-  
netur/& ea absoluta ad alias reformationis partes de-  
ueniri possit/ & querele predictẽ tollantur/q; Cardie

nales/ & Prelati per ipsam reformationem deputati/ auditis prius & intellectis Officialibus prefatis: eorumq; iuribus examinatis/ Reformationem predictā iuxta tenorem litterarū dicti Iulii predecessoris desuper editarū/ & Concilii prefati in Tertia siue Quarta Sessione determinationem / ac iuxta primeuas Officiorū institutiones/ seu antiquas consuetudines / usq; ad tempora pie memorie Sixti Pape Quarti/ etiā predecessoris nostri obseruatas/ uel alijs prout eis uidebitur facere/ formasq; & modos/ quos Officiales ipsi in exigendis taxis/emolumentis/regalibus/ & prouentibus quibuscūq; seruare / & a quibus sub penis in litteris ipsius Iulii predecessoris desuper contentis abstinere teneantur/particulariter & distincte declarare & decidere / ac Reformationem & decisionem per eos faciēdas in proxima futura/ uel alijs Sessionibus quibus cōmode id fieri poterit/ referre debeāt/ ut per dictum sacrum Conciliū/ & nos/approbari/ & debite executioni demandari ualeant / & inuiolabiliter obseruentur/ eodem sacro Concilio approbante/ statuiamus & ordinauimus. ¶ Ceterum/ quia tam ex debito iniuncti nobis desuper Apostolice seruitutis officii: q̄ ut iminenti & notorio Infidelium periculo/ ac effusioni Christiani sanguinis: qui exigentibus nostris culpis / frequenter indies effunditur / occurratur: & dissensiones/ que inter Christianos Principes uigent tollantur/ cogimur inter Reges & Principes christianos totis uiribus pacem querere/ cuius componende una ex principalioribus cōgregationibus Cōcilii pre-

fati causa extitit/ ut ipsa sequatur/ & inuiolata perduret/ & debite executioni demandetur / presertim hijs temporibus/ quibus potentia Infidelium/ & inimicorum fidei creuisse dicitur / Concilio prefato approbante/ ad Reges/ Principes/ & Potentatus prefatos/ Legatos & Nuncios / pacis uigiles / doctrina/ experientia/ & probitate insignes/ pro tractanda & cōponenda uniuersali Pace mittere disposuimus / & decreuimus / utq; arma deponant/ domino auxiliante/ quātum in nobis est pro uiribus laborare & operari: Regumq;/ & Principum/ & Potentatum hmoi Oratores/ in ipso Concilio presentes/ pro Apostolice Sedis reuerentia/ fideliumq; unione requirimus/ ut Regibus/ Principibus / & Potentatibus suis respectiue hec significant: eosq; nostro nomine hortētur/ ad ipsos Legatos Apostolicos benigne & honorifice tractandū & audiendum: Votisq; nostris tam iustis & pijs per eos illis exponendis satisfaciendū/ quod eos facturos credimus/ ut q̄tocius fieri poterit/ & absq; legitima excusatione per nos mittendi/ Legationis munus eis impositū sponte suscipere / & susceptū uiriliter adimplere possint/ ac patre luminū/ a quo omne datum optimū est fauente/ Pax ipsa tractari & componi/ eaq; cōposita/ sancta & necessaria contra Infidelium rabiem christianū sanguinem sitiētium expeditio fieri ualeat/ & prototius Christianitatis securitate & quiete feliciter terminari. ¶ Postremo/ quia iam temporis dispositione calores estiu instant/ Prelatorū ualitudini/ & ad Concilium prefatum uenire uolentiū cōmoditati consu-

lentes/aliisq; iustis & rōnabilibus causis moti/Octa-  
uam Sessionem/ Sextodecimo Kal. Decembris pro-  
xime futuri/prefato sacro Concilio approbante/indi-  
cimus faciendam: Prelatisq; omnibus & singulis/ &  
aliis in eodem Concilio existentibus/a Curia prefata  
recedendi / & ubi eis placuerit ad eorum libitum cō-  
morandi / ita tamen / q̄ nisi dicta Die Sextodecimo  
Kal. Decembris/cessante impedimento legitimo/ pre-  
sentes fuerint/ in literis indictionis ipsius Concilii &  
Canonicis Sanctionibus / contra non accedentes ad  
Concilia/ contentas penas incurrant / prefato Sacro  
Concilio approbante/licentiam & facultatem conce-  
dimus. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostre prorogationis / assignationis/ depu-  
tationis/confirmationis/ cōmissionis/continuationis  
reformationis/ deliberationis/ monitionis/ uolunta-  
tis & decreti infringere/uel ei ausu temerario contra-  
ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit/ indi-  
gnationem omnipotentis Dei / ac beatorum Petri &  
Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum  
Rome in publica Sessione in sacrosancta Lateranenē  
Basilica solēniter celebrata. Anno Incarnationis do-  
minice Millesimoquingētesimotertiodecimo. Quin-  
todecimo Kal. Iulii. Pontificatus nri Anno Primo.

Ia. Sadoletus.

Ia. Questenberg.